



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 17. Musulmanni in Sicilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

Sæculum IX. suos & Religionem Christianam retinuit.
A. C. 828. Illo tempore Cyrillus Episcopus Gortynensis Martyrium passus est, quod IESU Christi Fidem abjicere noluisse. Eum non nulli Scriptores cum antiquo Episcopo sub Decio Martyrii palmam adeptum confuderunt, quem alii in Ægypto passum dicunt.

§. XVII.

Musulmanni in Sicilia.

In alia orbis parte Musulmanni ex Africa in Siciliam appulsi Panormum ceperrunt. Elapsis aliquot annis Turmarchus aliquis, seu militum in Sicilia Tribunus, nomine Euphemius, cujusdam Monialis amore captus, e monasterio receptam in matrimonium accepit. Tunc vero puellæ fratres querelam contra Euphemium deferunt ad Michaelem Imperatorem, simili sacrilegio pollutum, quandoquidem Tecla uxore sua elata tori consortem sibi delegerat Euphrosinam, filiam Constantini, ex Irene geniti, in Insula Principis institutum monasticum professam. Nihilominus recepto accusationis libello, & mandatis ad Strategum, seu Siciliae Præfectum, missis præcepit, ut si crimen probaretur, lege in eum ageret, juberetque, naribus mutilari. Euphemius autem cognito periculo milites & quosdam Duces in seditionis

socie-

Chr. Cass. I. c. 11. Post Theoph. n. 27.

c. 24.

focietatem trahit, Strategum, ut impe- Sæculum IX.
rata faceret, venientem repellit, & ad A. C. 828.
Emir (*) seu Satrapam Africae confugit.
Pactis quoque initis promittit Saraceno,
Siciliam se ei traditurum, & annui tribu-
ti nomine pecuniam multam exsolutu-
rum, si sibi Imperatoris nomen concede-
ret, & militum auxilia suppeditaret.
Satrapa haud sane paucas ei copias de-
dit, quibus auctus Euphemius Syracusas
venit summi imperii insignibus conspi-
cuis. Verum ipso post breve tempus
in eadem civitate perempto Sarraceni,
Sicilia potiti, exinde oras maritimas Ca-
labriæ & Longobardiæ, nempe tam Græ-
cis quam Francis subjectas, infestantes,
& frequentissime a piraticis navibus ex-
currentes, quocumque pervenissent, per-
niciem afferebant.

Ergo ut Sarracenis incurrentibus fir-
mos muros opponeret Gregorius, & ostia
tiberina muniret, urbem Ostiensem to-
tam prope collapsam restaurare aggres-
sus est. Eam a fundamentis eduxit, mu-
ris præaltis, & vallis profundis circum-
dedit. Ingruentes hostes cataractæ a
portis, & balistæ saxa prægrandia contor-
quentes a muris arcebant. Hanc Papa
de suo nomine Gregoriopolim dixit; nec
ullus

(*) *Emir* dicebantur, ex genere Mahometis
oriundi.

Saeculum IX. ullus Antecessorum ejus opus, quod huic
A. C. 828. par esset, utilitati publicæ consecraverat.

§. XVIII.

Causa Abbatis Farvensis.

*le Blanc. dis.
 hist. n. p. 161.*

Gregorio IV. Papa sedente Ingoaldus
 Abbas Farvensis obtulit libellum
 supplicem Imperatoris Delegatis, qui sen-
 tentiam pronunciarunt ipsi faventem;
 res autem ita se habuit. Cum Josephus
 Episcopus & Leo Comes ex Ducatu Spo-
 letano, jubente Ludovico Imperatore
 missi ad judicandam illam causam Romam
 pervenissent, & pro tribunali sederent in
 Palatio Lateranensi, præsentibus Gregorio
 Papa, quem comitabantur Leo Episcopus
 & Bibliothecarius Sanctæ Romanæ Eccle-
 siæ, Theodorus Episcopus, Petrus Dux
 Ravennatensis & plures alii ibi nominati,
 Ingoaldus Abbas Monasterii S. Mariæ in
 Acutiano Territorii Sabinensis (scilicet
 Farvensis) quem comitabatur Adulfus
 orator suus, exposuit, quod Pontifices
 Hadrianus & Leo vi adhibita invasissent
 hujus Monasterii possessiones & Bonas
 fundos nempe; nam quinque deinde no-
 minantur. Subjunxit Abbas: *Hæc bo-
 na nobis restitui cum sæpe, sedentibus Ste-
 phano, Paschale & Eugenio, postularemus,
 id tamen obtinere non potuimus. Nunc
 igitur, ut æquitas petit, & vobis ab Im-
 peratore*